Anna dei gratia Reginula Poloniæ etc.

Significamus presentibus literis nostris omnibus quorum interest. Recepisse nos a Magnifico
domino Hieronymo Buzenski Thesaurario Regni Poloniae et Zuppario Cracoviensi
quingentos in moneta florenos pro quartali proxime preterito Pentecostes
et hoc ad rationem duorum millium florenorum que nobis solvuntur annuatim ex
Zuppis Cracoviensibus de speciali gratia et liberalitate Sacrae Maiestatis domini et fratris nostri cle-
mentissimi. De quibus 500 florenis prefatum dominum Thesaurarium et Zupparium
quittamus et liberum facimus eisdem literis nostris. Datum Varsaviae XV
Iunii 1570

Anna Reginula
poloniæ

604

72